



Cambridge Pre-U

LATIN

9788/02

Paper 2 Prose Literature

For examination from 2020

SPECIMEN PAPER

1 hour 30 minutes



You must answer on the answer booklet/paper.

You will need: Answer booklet/paper

INSTRUCTIONS

- Answer **three** questions in total:
 - Section A: answer **two** questions on your chosen prescribed text.
 - Sallust: Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.
 - Cicero: Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.
 - Section B: answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.
 - Sallust: Answer Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.
 - Cicero: Answer Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.
- If you have been given an answer booklet, follow the instructions on the front cover of the answer booklet.
- Use a black or dark blue pen.
- Write your name, centre number and candidate number on all the work you hand in.
- Do **not** use an erasable pen or correction fluid.
- At the end of the examination, fasten all your work together. Do **not** use staples, paper clips or glue.

INFORMATION

- The total mark for this paper is 60.
- The number of marks for each question or part question is shown in brackets [].

This specimen paper has been updated for assessments from 2020. The specimen questions and mark schemes remain the same. The layout and wording of the front covers have been updated to reflect the new Cambridge International branding and to make instructions clearer for candidates.

The specimen paper is for general illustrative purposes. Please see the syllabus for the relevant year of the examination for details of the set texts.

This syllabus is regulated for use in England, Wales and Northern Ireland as a Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate.

This document has **12** pages. Blank pages are indicated.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.1–39.5

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Cicero, *Pro Caelio* 31–80

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.1–39.5

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta satis prospera satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. igitur reges populique finitimi bello temptare, pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri metu perculti a periculis aberant. at Romani domi militiaeque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam parentesque armis tegere. post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant magisque dandis quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. imperium legitimum, nomen imperi regium habebant.

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.6

[10]

EITHER

- 2 Read the following passage and answer the questions.

iam primum adulescens Catilina multa nefanda stupra fecerat, cum virgine nobili, cum sacerdote Vestae, alia huiusce modi contra ius fasque. postremo captus amore Aureliae Orestillae, cuius praeter formam nihil umquam bonus laudavit, quod ea nubere illi dubitabat timens privignum adulta aetate, pro certo creditur necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. quae quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinus maturandi. namque animus inpurus, dis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat. igitur color ei exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus: prorsus in facie voltuque vecordia inerat.

5

10

sed iuventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. ex illis testes signatoresque falsos commodore; fidem, fortunas, pericula vilia habere, post, ubi eorum famam atque pudorem attriverat, maiora alia imperabat. si causa peccandi in praesens minus suppetebat, nihilo minus insontes sicuti sontes circumvenire, iugulare: scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat. his amicis sociisque confisus Catilina, simul quod aes alienum per omnes terras ingens erat et quod plerique Sullani milites largius suo usi rapinarum et victoriae veteris memores civile bellum exoptabant, opprimundae rei publicae consilium cepit. in Italia nullus exercitus, Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat; ipsi consulatum petenti magna spes, senatus nihil sane intentus: tutae tranquillaeque res omnes, sed ea prorsus opportuna Catilinae.

15

20

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.15–16

- (a) Lines 1–10 (*iam primum ... vecordia inerat*): how does Sallust succeed in giving the reader a vivid portrait of Catiline's character and motives? [12]
- (b) Lines 11–22 (*sed iuventutem ... opportuna Catilinae*): how does Sallust portray Catiline's associates, and their relationship to their leader? [13]

[Total: 25]

OR

- 3 Read the following passage and answer the questions.

at Catilina ex itinere plerisque consularibus, praeterea optumo cuique litteras mittit: se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunae cedere, Massiliam in exsilio proficisci, non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti res publica quieta foret neve ex sua contentione seditio oreretur. ab his longe divorsas litteras Q. Catulus in senatu recitavit, quas sibi nomine Catilinae redditas dicebat. earum exemplum infra scriptum est:

5

'L. Catilina Q. Catulo. egregia tua fides re cognita, grata mihi magnis in meis periculis, fiduciam commendationi meae tribuit. quam ob rem defensionem in novo consilio non statui parare; satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi, quam, mediusfidius, veram licet cognoscas. iniuriis contumeliisque concitatus, quod fructu laboris industriaeque meae privatus statum dignitatis non obtinebam, publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi, non quin aes alienum meis nominibus ex possessionibus solvere non possem—et alienis nominibus liberalitas Orestillae suis filiaeque copiis persolveret—sed quod non dignos homines honore honestatos videbam meque falsa suspicione alienatum esse sentiebam. hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliqua dignitatis conservandae sum secutus. plura cum scribere vellem, nuntiatum est vim mihi parari. nunc Orestillam commendo tuaeque fidei trado; eam ab iniuria defendas per liberos tuos rogatus! haveto!'

10

15

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.34–35

- (a) Lines 1–6 (*at Catilina ... scriptum est*): explain Catiline's situation at this point. How convincing is his explanation of his motive for leaving? [10]
- (b) Lines 7–19 (*L. Catilina ... haveto*): discuss the tone of the letter. [15]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Cicero, *Pro Caelio* 31–80

- 4 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

M. vero Caelius cur in hoc iudicium vocatur? cui neque proprium quaestionis crimen obicitur nec vero aliquod eius modi, quod sit a lege seiunctum, cum vestra severitate coniunctum; cuius prima aetas dedita disciplinae fuit iisque artibus, quibus instituimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rem publicam, ad honorem, gloriam, dignitatem; iis autem fuit amicitiis maiorum natu, quorum imitari industriam continentiamque maxime vellet, iis aequalium studiis, ut eundem quem optimi ac nobilissimi petere cursum laudis videretur.

Cicero, *Pro Caelio* 72

[10]

EITHER

- 5 Read the following passage and answer the questions.

fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam non numquam impeditus hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, quoquomodo facimus non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere.

an vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore tam sint pauci semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? obterendae sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, convivium, sermo paene est familiarum deserendus. quare in hoc genere labor offendit homines a studioque deterret, non quo aut ingenia deficiant aut doctrina puerilis. 5
10

an hic, si sese isti vitae dedidisset, consularem hominem admodum adulescens in iudicium vocavisset? hic, si labore fugeret, si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie cotidie versaretur, appeteret inimicitias, in iudicium vocaret, subiret periculum capitinis, ipse inspectante populo Romano tot iam menses aut de salute aut de gloria dimicaret? nihilne igitur illa vicinitas redolet, nihilne hominum fama, nihil Baiae denique ipsae loquuntur? illae vero non loquuntur solum, verum etiam personant, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras atque haec flagitiorum integumenta non quaerat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce laetetur. 15

Cicero, *Pro Caelio* 45–47

- (a) Lines 1–10 (*fieri enim ... puerilis*): how does Cicero characterise orators in these lines? [12]

- (b) Lines 11–19 (*an hic ... luce laetetur*): how does Cicero make these lines persuasive? [13]

[Total: 25]

OR

- 6 Read the following passage and answer the questions.

vidi enim, vidi et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae, cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die post quam in curia, quam in rostris, quam in re publica floruisset, integerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus eriperetur indignissime bonis omnibus atque universae civitati. quo quidem tempore ille moriens, cum iam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam rei publicae reservabat, cum me intuens flentem significabat interruptis ac morientibus vocibus, quanta impenderet procella mihi, quanta tempestas civitati, et cum parietem saepe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, saepe me, saepissime rem publicam nominabat, ut non tam se emori quam spoliari suo praesidio cum patriam, tum etiam me doleret.

5

10

quem quidem virum si nulla vis repentina sceleris sustulisset, quonam modo ille furenti fratri suo consularis restitisset, qui consul incipientem furere atque tonantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit? ex hac igitur domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit? nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eiciat, non parientes conscos, non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescat? sed revertor ad crimen; etenim haec facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore impedivit.

15

Cicero, *Pro Caelio* 59–60

- (a) Lines 1–11 (*vidi enim ... doleret*): discuss the tone of these lines. [15]
- (b) Lines 12–18 (*quem quidem ... impedivit*): discuss the rhetorical techniques used in these lines. [10]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context. Credit will be given for engagement with secondary literature, where appropriate.

EITHER

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.1–39.5

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Cicero, *Pro Caelio* 31–80

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

Sallust, *Bellum Catilinae* 5.1–39.5**EITHER**

- 7 Read the following passage and answer the question.

ad hoc maledictis increpabat omnes bonos, suorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, complures periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat. postquam omnium animos alacres videt, cohortatus, ut petitionem suam curae haberent, conventum dimisit.

5

fuere ea tempestate, qui dicerent Catilinam oratione habita, cum ad ius iurandum popularis sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse: inde cum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eo dictitare fecisse, quo inter se fidi magis forent alii tanti facinoris consci. nonnulli ficta et haec et multa praeterea existumabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui poenas dederant. nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

10

sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censores senatu probri gratia moverant. huic homini non minor vanitas inerat quam audacia: neque reticere, quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat.

15

Sallust, *Bellum Catilinae* 21–23

Discuss Sallust's narrative technique in this passage. How typical is it of the rest of the *Bellum Catilinae*? [25]

OR

- 8 'Sallust is primarily a moralist, not an historian'. Discuss this view of the *Bellum Catilinae*. [25]

OR

- 9 Why do you think Sallust chose to write a work on the conspiracy of Catiline? [25]

Cicero, *Pro Caelio* 31–80**EITHER**

- 10** Read the following passage and answer the question.

qui profecto, si exstiterit, sic aget ac sic loquetur: ‘mulier, quid tibi cum Caelio, quid cum homine adulescentulo, quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares, aut tam inimica, ut venenum timeres? non patrem tuum videras, non patruum, non avum, non proavum, non abavum, non atavum audieras consules fuisse; non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi ac fortissimi viri patriaeque amantissimi, qui simul ac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat? cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? cognatus, adfinis, viri tui familiaris? nihil eorum. quid igitur fuit nisi quaedam temeritas ac libido? nonne te, si nostrae imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat, non virgo illa Vestalis Claudia, quae patrem complexa triumphantem ab inimico tribuno plebei de curru detrahi passa non est? cur te fraterna vitia potius quam bona paterna et avita et usque a nobis cum in viris tum etiam in feminis repetita moverunt? ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum cotidie foedera ferires, ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere, ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comitata celebrares?’

5

10

15

Cicero, *Pro Caelio* 34

How consistent is the portrait of Clodia in this passage with Cicero’s portrayal of her elsewhere in *Pro Caelio*? [25]

OR

- 11** What do you think are the main qualities of Cicero as a defence lawyer which emerge from *Pro Caelio*? [25]

OR

- 12** ‘In *Pro Caelio*, Cicero is more interested in entertaining the jury than in addressing the charges against his client.’ To what extent do you think this is true? [25]

[Section B total: 25]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

Cambridge Assessment International Education is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of the University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which itself is a department of the University of Cambridge.